



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Theologico-Moralis De Sacris Ecclesiasticorum Ministeriis, Hoc est, De Horis Canonicis, & Missæ Sacrificio

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, Anno 1695.

Præfatio Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42206



P R Æ F A T I O

AD

LECTOREM.

A Mice Lector compendiosum
 tibi Libellum exhibeo, qui
 Ministeria viris Ecclesiasti-
 cis maximè propria, qualia sunt,
 Horas Canonicas privatim aut pub-
 licè recitare, augustissimum Missæ
 Sacrificium debitè celebrare, claro
 stylo & facili exponit. Totum namq;
 opus, ad pleniorè totius materie
 intelligentiam, divisi in duas par-
 tes; quarum prima agit de Horis
 Canonicis: altera in duas sectiones
 subdivisa, in prima per diversa ca-
 pita sive subsectiones agit de Eucha-
 ristia, ut est Sacramentum; in altera
 de eadem, ut est Sacrificium. Inve-

nies in parvo hoc opere, raras ac va-
 rias doctrinas statui Ecclesiastico
 imprimis accommodatas; quibus
 addisces munia Ecclesiastica non
 modo dignè peragere; verùm etiam
 diversis dubijs ac scrupulis, qui in
 sacratissimis hisce Ministerijs homi-
 ni timorato facile occurrunt, te levi
 negotio expedire. Erit proinde hic
 tibi Libellus instar fidelis Directo-
 ris, qui in sacris munijs tuis agenda
 doceat, & cavenda sollicitè mon-
 stret. Hoc duce dignè ambulabis vo-
 catione tua, quâ vocatus es: & fa-
 ciens bonitatem delectaberis in Do-
 mino, dabitque tibi Dominus peti-
 tiones cordis tui Ps. 36. Vere igitur
 hoc labori meo ad supremi Numinis,
 ejusque magna Matris ac Virginis
 summam gloriam, suaq; anime
 optatam salutem, & vale.

TRA-